

**Sen. ep. 51**

Sic regio quoque est, quam sapiens vir aut ad sapientiam tendens declinet tamquam alienam vonis moribus. [3] Itaque de secessu cogitans numquam Canopum eliget, quamvis neminem Canopus esse frugi vetet, ne Baias quidem: deversorium vitiorum esse coeperunt. Illic sibi plurimum luxuria permittit, illic, tamquam aliqua licentia debeatur loco, magis solvitur. [4] Non tantum corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus: quemadmodum inter tortores habitare nolim, sic ne inter popinas quidem. Videre ebrios per litora errantes et comessiones navigantium et symphoniarum cantibus strepentes lacus et alia, quae velut soluta legibus luxuria non tantum peccat, sed publicat, quid necesse est? ...

[12] Habitatum tu putas umquam fuisse ibi M. Catonem, ut praenaugantes adulteras dinumeraret et tot genera cumbarum variis coloribus picta et fluviantem toto lacu rosam, ut audiret canentium nocturna convicia? ... [13] Sed satis diu cum Bais litigavimus, ...

**Cic. pro Cael.**

[49] Si quae non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati palamque sese in meretricia vita collocarit, virorum alienissimorum convivii uti instituerit, si hoc in urbe, si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciat, si denique ita sese gerat non incessu solum, sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonum, sed etiam complexu, osculatione, actis, navigatione, convivii, ut non solum meretrix, sed etiam proterva meretrix procaxque videatur: cum hac si qui adulescens forte fuerit, utrum hic tibi, L. Herenni, adulter an amator, expugnare pudicitiam an explere libidinem voluisse videatur?

**Roberts, Mord am Vesuv, S. 37**

Geradezu legendär sind die festlichen Gelage auf dem Wasser. An den Anlegeplätzen der Bucht ankern in endloser Reihe die Vergnügungsschiffe: von kleinen, für vier oder fünf berauschte Zecher geeigneten Gondeln bis hin zu überdachten Barkassen, auf denen mehrere hundert Gäste Platz finden. Zu herausragenden Anlässen werden etliche von diesen Schiffen in der Mitte der Bucht miteinander verbunden, damit die freien Bürger der Stadt an Bord gehen und gemeinsam feiern können, wobei es natürlich niemals an Sklaven fehlt, die die illustre Gesellschaft verwöhnen und unterhalten.

**Roberts, Mord am Vesuv, S. 42**

Ihre Frauen hingegen hatten sich herausgeputzt wie balzende Pfauen. Offenbar war jede von ihnen bestrebt, die anderen weiblichen Gäste durch eine möglichst ausfallende Garderobe oder schockierende Anstößigkeit zu überbieten. Sie waren mit Unmengen von Juwelen und Perlen behängt und trugen aufwendige Turmfrisuren oder andere extravagante Haartrachten, die sie mit Edelsteinen und erlen geschmückt und reichlich mit Goldstaub eingepudert hatten. Der Gipfel aber waren die Gewänder der Frauen. In Rom wagten allenfalls ein paar verruchte Frauen, diese nahezu durchsichtigen Schleiergewänder aus koischem Stoff zu tragen, und auch das nur bei privaten Feiern der modebewussten Schickeria. Hier in Baiae jedoch hatten die Frauen keinerlei Hemmungen, sich auf einem öffentlichen Festgelage in diesen transparenten Fummeln zu präsentieren. Die Censoren hatten den Stoff schon etliche Male verboten, doch das schien die Frauen von Baiae nicht im Geringsten zu beeindrucken.

**Cic. ad fam. 15, 4**

Si quisquam fuit umquam remotus et natura et magis etiam, ut mihi quidem sentire videor, ratione atque doctrina ab inani laude et sermonibus vulgi, ego profecto is sum. Testis est consulatus meus, in quo, sicut in reliqua vita, fateor ea me studiose secutum ex quibus vera gloria nasci posset, ipsam quidem gloriam per se numquam putavi expetendam: itaque et provinciam ornatam et spem non dubiam triumphi neglexi, sacerdotium denique, cum, quem ad modum te existimare arbitror, non difficillime consequi possem, non appetivi. Idem post iniuriam acceptam, quam tu rei publicae calamitatem semper appellas, meam non modo non calamitatem sed etiam gloriam, studui quam ornatissima senatus populi que Romani de me iudicia intercedere. Itaque et augur postea fieri volui, quod antea neglexeram, et eum honorem qui a senatu tribui rebus bellicis solet, neglectum a me olim, nunc mihi expetendum puto. [14] Huic meae voluntati, in qua inest aliqua vis desiderii ad sanandum vulnus iniuriae, ut faveas adiutorque sis, quod paullo ante me negaram rogaturum, vehementer te rogo, sed ita si non ieiunum hoc nescio quid quod ego gessi et contemnendum videbitur sed tale atque tantum ut multi nequaquam paribus rebus honores summos a senatu consecuti sint.

Equidem etiam illud mihi animum advertisse videor (scis enim, quam attente te audire solem), te non tam res gestas quam mores <et> instituta atque vitam imperatorum spectare solere in habendis aut non habendis honoribus. Quod si in mea causa considerabis, reperies me exercitu imbecillo contra metum maximi belli firmissimum praesidium habuisse aequitatem et continentiam. his ego subsidiis ea sum consecutus quae nullis legionibus consequi potuissem, ut <ex> alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem animosque novarum rerum expectatione suspensos ad veteris imperi benevolentiam traducerem.

**Roberts, Mord am Vesuv, S. 135f.**

„Du hast also um die Gewährung eines Triumphs ersucht.“ Hinter Cicero sah ich Quintus mit den Augen rollen, während Tiro angestrengt seine Finger studierte, die er vor sich auf den Tisch gelegt hatte. Zweifellos war dieses Gesuch ebenfalls ein Produkt der maßlosen Selbstüberschätzung des älteren Ciceros. Er war als Statthalter nach Syrien entsandt worden, um einen feindlichen Einfall der Parther zurückzuschlagen. Cicero war Anwalt und durch und durch Politiker. Um eine militärische Aktion durchzuführen, hätte Rom kaum einen ungeeigneteren Mann schicken können. Er verachtete das Soldatenleben mindestens genauso wie ich, und jetzt kam er daher und versuchte durch die Feier eines Triumphes mit Männern wie Caesar zu wetteifern. Und das auch noch für einen mehr als zweifelhaften Erfolg, denn als er in Syrien ankam, hatte der junge Cassius die Parther bereits zurückgedrängt und die entscheidende Vorarbeit geleistet.

„Ganz genau“, bestätigte Cicero mit der ihm eigenen Selbstgewissheit. „Alle erforderlichen Bedingungen sind erfüllt, alle gesetzlichen Bestimmungen eingehalten, also hat der Senat keinen Grund, mir einen Triumph zu verweigern.“

„Dann wird er es auch nicht tun“, versicherte ich ihm. Ich verehrte Cicero und war daher gerne bereit, großzügig über seine manchmal gravierenden charakterlichen Mängel wegzusehen. Allerdings war ich davon überzeugt, dass der Mann, der es schaffen würde, die Parther ein für allemal in die Schranken zu weisen, noch nicht geboren war. Falls der Senat ihm tatsächlich einen Triumph gewähren sollte, würde man dies als eine beträchtliche Absenkung der bisher üblichen Anforderungen werten müssen.